



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

Ex Promptuario Antiquitatum Sacrarum Tricassinae Dioecesis, à Nicolao
Camuzæo Trecis an. 1610. edito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

**EX PROMPTVA-
RIO ANTIQVITATVM SA-
CRARVM TRICASSINAE DIOE**

cesis, à Nicolao Camuzao Trevis

an. 1610. edito.

Antiqui Comites Brenæ (quod est oppidum septem tantum Leucis à Tricassium ciuitate reductum, in quo cōspicitur castellum vetustissimum & munitissimum, in editi collis supercilio exadificatum) posteris omnibus pietatis suæ clarissima monumenta & propensæ suæ voluntatis in Dei honore promouendo, Ecclesiasticiq̄ue ordinis viris fouendis locupletissima testimonia, in plurimorum cœnobiorū institutione reliquerunt. Verū peculiari quodam affectu & studio in Premonstratensis ordinis cœnobitas exarsisse videntur. Cū enim ipsi strictè & accuratè præscriptam sibi à Norberto, sacri eorum fodalitij parente & autore, regulam obseruarent, inde omnibus innotescebat, non frustra eos vestem albam gestare. Integritas enim & puritas piorum & religiosorum operum aptè conueniebat & consentiebat eorum vestimento, quod album gestare iussi sunt: cādor etenim ille synce-ritatis & innocentix symbolū sēper extitit. Quibus reb. cōmoti & excitati præfati

Brena, Brenna, siue Branna, vulgò Brienne.

In cœnobio
Bassifontano
D. Ioannis
Bapt. digitus
asseruatur,
quo mundi
Saluatorem
indicasse di-
citur: Ecce
Agnus Dei
&c.

Bassefontaine

Belluslocus
vulgo Beau-
lien.

Capella ad
Plancas.

Comites, & zelo verè Christiano succensi, monasterium *Bassifontanum* ad excipiendos dicti ordinis religiosos extruendum procurauerunt, & amplissimis redditibus locupletarunt. Nec verò ijdem comites liberalitatis eximix fructu, tum monasterium *Belliloci* quod eiusdem regulæ mandritas paulò ante susceperat, tum cœnobium *Capellanum* (quod *B. Mariae de Capella ad plancas* seu *asserres* vulgus appellat) eodem panè tempore in *Tricassina* diœcesi constitutū, carere sustinuerunt. Sunt verò tria hæc cœnobia, exiguo interuallo distita à dicto *Brenensi* siue *Branensi* opido.

Fuit autem *Bassifontani* monasterij fundator *Valterus* Comes *Brenensis*, qui an. 1143. Decimas amplissimas assignauit, *Gerardo* filio illius consentiente, & *Hatone* Episcopo *Trecensi* an. 1145. comprobate.

Cœnobium *Belliloci* (ab amœnissimo loco, in quo sitū est, sic dicti) primitus *Canonico* regularium ord. *Augustiniani* erat, sed anno circiter 1140. regulam *Præmonstratensem* suscepit.

De *Capella ad Plancas* vide paulò supra à nobis dicta ex *Roberto Altissiodorensi*.